Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1505

Quelle:
Copyright:

vulgo *Abhandl. einer Privatgeſellſch. in Böhmen* p. 113.

XXIII. *fol.* 264. p. 2. *Tractatus*, ut in calce: *De noua preuaricantia mandatorum.* Initium: *Cum ſecundum veritatis teſtimonium Matth. 19. ad ingreſſum in patriam ſufficit* &c. Ut alibi.

XXIV. *fol.* 271. *Iſidori Hiſpal. Liber VI. VII. VIII. Originum*, ut extant in edit. *Pariſ.* 1601. p. 70. f. non tamen ſine quadam lectionis varietate.

XXV. *fol.* 300. reditur ad *Wicleſi* Tractatum *de Septem Donis Spiritus Sancti*, cujus initium: *Cum ſpiritus ſanctus ſit tercia perſona trinitatis* &c. ut alibi.

XXVI. *fol.* 304. ex Elencho praevio: *Sermones ad Clerum.* Alia a praecedentibus Tractatibus manu ſcripti et numero VIII. quos enumerabo: 1) in illud: *Vos eſtis ſal terre* &c. *Matth.* 5. Init: *Verba ſaluatoris noſtri epiſcopi et doctoris preſtantiſſimi* &c. In *Opp. Joh. Huſſi* edit. *cit.* T. II. p. 70. ubi in Feſto S. *Auguſtini* habitus dicitur. 2.) in illud: *Tres ſunt, qui teſtimonium dant* &c. I. *Joh.* 5. Init: *Igitur ad honorem dei patris et filij et ſpiritus ſancti qui vnus exiſtens in eſſentia* &c. Itidem *Huſſi*, et edit. *cit.* T. I. p. 131. inſcriptus *Actus pro defenſione Libri Joh. Wiclef de Trinitate ſancta publice celebratus Anno* 1410. 3.) *Sermo M. Jacobi de Miſa.* In illud: *Accipiebant ſpiritum ſanctum. Act.* 8. Init: *Niſi quia eſſet diuerſitas ſpirituum, quorum alius eſt bonus et verus* &c. Nemini, quod ſciam, hactenus memoratus. 4.) in illud: *Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Joh.* 3. Init: *Honorabiles patres Magiſtri et domini. Illa que ſunt in ſermonibus ad vlgus et multo magis ad clerum ſunt ardua* &c. Invectiva in Cupiditatem, Ambitionem et Contentiones Cleri, fortaſſis ejusdem *Jacobi de Miſa.* 5.) in illud: *Dixit Martha ad ihesum, domine ſi fuiſſes hic* &c. *Joh.* 11. Eſt *Joh. Hus*, inſcriptus *de exequijs Mortuorum* in edit. *cit.* P. II. p. 76. habitus a. 1411. et incipiens: *In preſenti euangelio agitur de morte lazari* &c. 6.) in illud: *Solliciti ſitis ſeruare unitatem* &c. *ad Epheſ.* 4. Initium: *Quia ſecundum Auguſtinum libro de 12. abuſionibus primus gradus abuſionis eſt* &c. Dirigitur pariter ad *Venerabiles Patres Magiſtrosque Reuerendos*, ſed Autor latet. 7.) in illud: *Vie eius uie pulcre et ſemite eius pacifice* &c. *Prov.* 3. Init: *Ambroſius libro 3° ſuper lucam oſtendens nobis diſcrimina noſtrarum viarum* &c. De viis Dei et viis Diaboli. Dirigitur ad Eosdem Autore tacito. 8.) in illud: *Diliges Dominum Deum tuum* &c. *Matth.* 22. Init: *In omnibus me defectuoſum reperiens contremiſco* &c. Eſt *Joh. Hus*, habitus a. 1405. ut edit. *cit.* T. II. p. 39. et nobis alias. 9.) *Sermo Magiſtri Johannis Rokyczan ad clerum.* Tardius adſcriptus. In illud: *Querite primum regnum dei. Matth.* 6. Init: *Locuturus paternitatibus et dominacionibus*